



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

135. An Inquisitores excusentur à residentia Parrochiali, & an gaudeant
fructibus Præbendarum, & distributionibus? Ex p. 4. tr. 8. res. 71.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Et Potestate Inquisitorum. Ref. CXXXIV. & c. 467

istam excommunicationem, quia non extorquet pecuniam prætextu officij Inquisitionis; Tertio Inquisitor, qui cogit aliquem, etiam prætextu officij Inquisitionis ad tradendam sibi mutuo pecuniam, in istam excommunicationem non incidit.

RESOL. CXXXIV.

An Inquisitores possint accipere xenia, hoc est, esculenta & poculenta, quæ intra paucos consumantur dies, & sponte sibi sunt oblata?

Et an contra facientes incurant excommunicationem, priventur Officio, & teneantur reddere duplum?

Et quid, si supra dicta acciperent ab aliis Ministris S. Officij?

Et an Minister, cum sciverit alium Ministrum donum accepisse, teneatur sub eisdem penis illum Inquisitori revelare? Ex p. 4. tr. 8. Ref. 8.

§. 1. **A**D hoc dubium sic responder Scaccia de judic. lib. 1. cap. 87. num. 12. Dico quod in Hispania nec Inquisitores, nec alij S. Officij Ministri possunt accipere non solum munera, sed nec etiam esculenta & poculenta, & contrafacientes incurrerent excommunicationem, privarentur officio, tenerentur reddere duplum, & alia pena multarentur, & hoc præcedit etiam si acciperentur ab eisdem Officialibus S. Inquisitionis. Quin imò minister cum sciverit alium ministrum donum accepisse, teneatur sub eisdem penis illum Inquisitori revelare. Alibi tamen ubi huiusmodi prohibitive constitutiones non extant, vidi ab Inquisitoribus esculenta & poculenta accepta fuisse. Ita ille; & ante illum Pegna in direct. Inquisit. part. 3. comment. 153. Simanca in cathol. Instit. tit. 34. num. 45. quibus adde Moscovium de majest. milit. Eccles. lib. 1. part. 1. cap. 11.

RESOL. CXXXV.

An Inquisitores excusentur à residentiâ Parochiali, & an gaudeant fructibus Præbendarum, & distributionibus? Ex p. 4. tr. 8. Ref. 71.

§. 1. **Q**uoad primum, affirmativam sententiam tenet Cened. in quest. Canon. q. 1. n. 28. & Spino in speculo testam. gloss. 3. princ. n. 78. Sed contrariam sententiam, & merito docet Sanctarell. variar. disp. part. 1. q. 11. n. 4. & ita testatur Gonzal. in reg. 8. Cancell. gloss. 6. n. 265. & gloss. 13. n. 164.

2. Quoad secundum verò dicendum est, Inquisitores habentur in suis præbendis & dignitatibus pro præsentibus, & residentibus, & percipiunt integros fructus suarum præbendarum simul cum distributionibus quotidianis ex privilegio speciali favore fidei à Paulo III. & Pio V. illis concessio, ut docet Armendariz in recopil. legum Navarr. lib. 2. tit. 23. leg. 2. §. 2. num. 7. Rojas singul. 96. & de heret. part. 2. num. 420. Cenedus loc. cit. Cevallos in pract. comm. opin. quest. 685. num. 12. Villar del Patronado de Calatayud 4. part. in princ. n. 8. & ita declarasse sacram Cardinalium Congregationem testatur Garfias de benef. tom. 1. p. 3. cap. 2. n. 356.

RESOL. CXXXVI.

An Inquisitores possint dispensare super irregularitate contracta ab hæreticis?

Et an licet Hæretici contrahant irregularitatem, attamen suspecti de hæresi, postquam illam abjurarint, non sint irregulares?

Et an prohibitum sit Inquisitoribus dispensare cum hæreticis Sacerdotibus penitentibus, ut Missam celebrent? Ex p. 4. tr. 8. Ref. 85.

§. 1. **V**ideretur respondendum affirmativè ex Bulla Clem. VII. quæ incipit, Cum sicut, §. vobis etiam, ubi hæc autoritas aperte Inquisitoribus, & eorum Commissariis conceditur. Vnde Vmbertus Locatus in praxi Inquisit. ver. irreg. n. 2. sic ait: Irregularitatem levare, & super illa dispensare possunt Inquisitores, si contracta sit in hæresi cum redeuntibus ad gremium Matris Ecclesiæ, ut patet per privilegium Clem. Papæ. Ita ille. Vide etiam in addit. ad Zanchinum tract. de heret. c. 27. ver. adde ulterius. Zecchium in sum. tom. 1. tit. de fide, cap. 11. num. 16. Henriquez lib. 14. cap. 18. num. 2. & alij.

2. Sed hoc privilegium vel fuit personale, vel non fuit usu receptum, vel per alias Bullas posteriores Pontificum est revocatum, & ideo Pius V. anno 1567. prohibuit cum Sacerdotibus hæreticis penitentibus dispensare ut Missam celebrent, teste Sanctarello de heret. cap. 25. dub. 1. num. 6. ex Pegna in direct. Inquisit. part. 3. comment. 175. ubi absolute hanc sententiam tenet, quam etiam tuetur Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. c. 25. num. 19. Suarez de cens. disput. 43. sect. 1. n. 5. & alij.

3. Notandum est tamen hic obiter quod licet hæretici contrahant irregularitatem, ut notat Megala in 3. part. lib. 7. cap. 2. quæst. 6. num. 16. & alij communiter, attamen suspecti de hæresi postquam illam abjurarint non sunt irregulares, & ita contra Azorium tom. 1. in ref. 83. §. lib. 6. cap. 21. quæst. 8. tenet Emanuel Sà ver. heresi, num. 5. Henriquez lib. 13. cap. 56. num. 1. Parisius de resig. nat. benef. lib. 4. quæst. 3. num. 17. Sanchez ubi supra, num. 12. Sanctarellus num. 9. Garzias de beneficiis tom. 2. part. 1. cap. 10. num. 88. ubi asserit ita fuisse decisum in Sacra Rota Romana.

Sup. hoc sup. in tr. 5. ref. 50. in fin.

Sup. hoc sup. in ref. 83. §. ult. per rot. & superius in tr. 5. Ref. 31. per rot. & in alio §. eorum notacionum.

RESOL. CXXXVII.

An Inquisitores possint legere libros Hæreticorum?

Et an in Regnis Hispaniarum solus Inquisitor Generalis habeat potestatem legendi libros hæreticos, & cui ipse commiserit, & non alij Inquisitores?

Et an Episcopi possint dictos libros legere?

Et an Urbanus VIII. derogaverit omnes licentias legendi libros hæreticos, & omnes alios prohibitos, & hodie hanc potestatem det solum Sacra Congregatio? Ex p. 4. tr. 8. Ref. 46.

§. 1. **N**egativam sententiam docet Antonius Riccioli in tract. de iure person. lib. 5. cap. 25. n. 4. ubi sic ait: Inquisitores non possunt legere libros damnatos, nisi eis ab Apostolica Sede, seu per sacram Congregationem Inquisitionis fiat facultas, itante consti. Iulij III. Ita ille. Et hanc sententiam tenet etiam Barbosa de potest. Episc. part. 2. alleg. 90. n. 8. Suar. de fide disp. 20. sect. 2. n. 28. Sanch. in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 10. n. 46. & alij.

2. Verum contrariam sententiam ex Azorio, Graffio, Delrio, & alijs tenet Fatiniaci de heresi questione 180. num. 43. quibus ego addo novissimè Bonacinam in Bulla Can. tom. 3. disp. 1. quæst. 2. punct. 4. num. 10. Imò Zanardus in direct. Theol. part. 2. cap. 7. num. 16. Duardus in Bull. Can. lib. 2. Canon. 1. quæst. 34. n. 6. Torreblanca de magia lib. 3. cap. 15. num. 27. Naldus in sum. ver. Bulla Cæne num. 11. Anton. Soula in Bulla Can. disp. 15. n. 5. post Pegnam in direct. Inquisit. part. 2. comment. 3. & alios putant substitutos Inquisitorum, seu Commissarios ab Inquisitoribus deputatos posse